niſtratum apud indignos aut ingratos id non ſeneſcat. Valete ergo, aeternumque valete, Guthiorum optimi, ſicut dum vita haec manſit, Nobiliſſimi, ita in vita iſthac beatiſſimi, apud poſteros equidem ſine poſteris, ſed non ſine virtutum meritis, immortalitate nominis digniſſimi! Benedicta ſint veſtra bona, tam *pretioſa*, quae ſpoliatae domui Sereniſſimi noſtri Principis Eberhardi in ornamentum; quam *fructuoſa*, quae pauperibus Studioſis in Eccleſiae conſeruamentum conſecraſtis, vt Deo pietatem, Principi gratitudinem veſtram etiam poſt fata probaretis!